

**Epicedia Beatae Ac Honorificae Memoriae Viri Plurimum Reverendi, Amplissimi, Clarissimiq[ue] Dn. M. Martini Hedeni, Ecclesiastae Cathedralis Meritissimi Ac Vigilantissimi Collegae Sui Dilectissimi, Honoratissimiq[ue] Cum Eius In Domino Jesu Pie Defuncti Ossa D. IV. Augusti A. MDCLXXIX.**

Gustrovi[i]: Spierlingius, 1689


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77751771X>

Druck Freier  Zugang




Schröder, J.,  
auf M. Hedenus.

Güstr. 1689.







E P I C E D I A  
BEATÆ AC HONORIFICÆ MEMORIÆ  
V I R I  
PLURIMUM REVERENDI, AMPLISSIMI,  
CLARISSIMIQ;

D N.  
M. MARTINI  
HEDENI,

ECCLESIASTÆ CATHEDRALIS  
MERITISSIMI AC VIGILANTISSIMI  
COLLEGÆ SUI DILECTISSIMI, HONORA-  
TISSIMIQ;

CUM EJUS IN DOMINO JESU PIE  
DEFUNCTI OSSA

D. IV. AUGUSTI A. M DC LXXXIX.

REQUIETORIO SUO INFERRENTUR,  
INTER PUBLICOS OMNIUM BONORUM, AC  
SUORUM PRIVATOS PLANCTUS  
CONSCRIPTA

A  
MINISTERIO GUSTROVIENSI.

---

GUSTROVI, Typis JOHANNIS SPIERLINGII, Anno 1689.

**I**mmensa est messis Domini. Properante fideles  
Fatô Messores mors inopina rapit.  
Parce Deus! Facito, ne desint Organa porrò,  
Quæ possint verbum pandere salvificum.  
Quem dimisisti placidè quoqve candidum  
HEDENUM,  
Æternis donis nunc super astra bea.

Hæc lugens scribebat

Joh. Balth. Haberforn/ D.

**T**u quoq; Nos linquis, longè Charissime HEDENE,  
Minuisq; nostrum, ah ocuis! COLLEGIUM?  
Vix properata nimis duo funera COLLEGARUM  
Eluximus, spem vividamq; cepimus.  
Et citò Te, dolor heu! obeunte Ecclesia cladem  
Sentit novam, anxieq; denuò dolet.  
Servus eras DOMINI sincerâ mente fidelis,  
Nunquam tuum quærens, sed Hujus commodum.  
Quippe Ejus rectè commissa talenta locasti,  
Ac plura tempore hoc tuò lucratus es,  
Hinc tua apud DOMINUM Virtus laudabilis audit,  
Qui Te super nunc multa rursus collocat.  
Confestim ingrederis jam gaudia summa beatus,  
Cunctisq; sic quiescis à laboribus.  
Tu Pace aternâ frueris, Nos undiq; terrent  
Pericla, morbi, bella, flammæ, incendia.  
Quando placet, tandem, DEUS, his nos surripe duris,  
Et omnibus fac à malis quiescere,  
Sofare intereà crudo in mœrore Relictos,  
VIDUAMQve providâ fove Clementiâ!

Com.

Comendata Tibi sit nostra Ecclesia mœrens;  
Sana benignè Ipsam, tuere & erige!

Desideremiss, DN. COLLEGE luctuosissimum  
discessum luctu ipse plenissimus hisce pro-  
sequitur

M. Lucas Schröder.



**E**Xoptatus adest mensis, quo falce leguntur  
Semina matura, & collectis frugibus omnes  
Latantur, plausus ac juba magna ferentes  
Auctori magno, qui sic nutrire quotannis  
Asolet innumeros, quos pectore gestat alumnos,  
Nec solum hoc. Majus quoddam simul exhibet idem  
Hic mensis donum CATHEDRALITIS quoq; nostris;  
Dum placuit Domino messis, nunc mittere tandem  
Omnibus optatum SCHRÖDERUM é principis aula,  
Ut falcem simul hic immitteret impiger ille.  
Quemlibet adventus lætum modò reddidit ejus,  
En Subita exurgit media inter gaudia clades,  
Et novus inde dolor miseros nunc occupat, antè  
Jam satis afflictos obitu pastoris amati  
Scilicet HEIDMANNI, cui vix successerat alter:  
Vix lugens cœtus lachrymas suspenderit. Ecce!  
Migrat & HEDENUS, Pastorum ex ordine nostrum,  
Quem Deus incolumem servaverat hætenus unum,  
Fidus ut esset quondam in messe operarius hiccè;  
(Aspera fors!) hunc falce sua mors messor acerbus  
Matrè niminm prostravit & undiq; planctus  
Heu! inopinato hoc obitu gemitusq; creavit,  
O infelicem cœtum Doctore Secundo  
Rursus privatam! Suntne hæc tibi signa favoris?  
Vix credam. Deus offensus te plectit in ira,

Divini




Divini namq; est verbi contemptio tanta,  
Ut mirum, qvot vel unus adhuc sacra ritè ministrans  
Parâlonganimi Domini bonitate superfit.  
Plangant ergo, agedum, qvot qvot vitare futuram  
Vindictam cupiunt, contrito corde dolentes  
Crimina, salvificaq; fide sic vulnera qvarant  
Salvatoris, & hæc sanabunt faucia corda.  
Qvod superest, quis quis delicta priora relinqvat,  
Emendet vitam, supplexq;, exoret eundem,  
Ut vacuam hancce ministerii concedere sortem  
Dignetur servo, qvi multa lucrando talentum,  
Qvod sibi collatum, magno cum fœnore reddat.  
Intera HEDENI memores estote fideles.  
Omnibus è tumulo, RESIPISCITE! prædicat ILLE.

Henricus Witsch.

**F**atorum stabili decreto & lege suprema  
Exiit HEDENUS de statione sua,  
Vivere qvi fuerat plures dignissimus annos,  
Et præter lapsos ter duplicare dies,  
Ipsa Fides, Pietas, Doctrina, Industria, Candor,  
Mutuit, excessit, concidit, interiit.  
Heu mors ipsa tuos accusa dira furores,  
Aspice qvot cædes sæva sagitta dedit!  
Felicem tamen HEDENUM! fortuna peracta  
Cui sua, nos vivos tristia multa manent.  
Namq; ille exacto feliciter optimo agone  
Æternum in cœlis læta brabea gerit.  
Absit ut invidiam cælestia gaudia, luctum  
Attamen hæc affert mors inopina mihi.


Lugenti animo addidit

Henr. Ernestus Reimarus.



*Solemnia*









## PERSONALIA.

matteter und nunmehr entseelter Körper  
in die Erde gesencket werden / daß er  
ruhe biß an den schierst künfftigen Jüngst  
da er mit der Seelen wieder wird verein  
den und frölich auferstehen zum Ewige  
Wir aber mögen seinen ganz unvermut  
riß woll zu Herzen nehmen / und flehe ich  
der uns diesen Sonntag abermahl zu eine  
nen Sonntage werden lassen / Er wolle d  
nen von den Augen der Weinenden m  
kräftigen Trost / als einem weichen Lüt  
zwischen / der hinterbliebenen / Höchstbetru  
Witwen / und ihrer annoch Unmündigen  
Beystand / Schutz / Vater / Versorger u  
fer seyn / Sie ingesamt / wie auch die Se  
Eltern den Hrn. Bruder und alle Anve  
aufrichten / daß Sie dieses Leydwesen als  
Hand Gottes in Gedult und Gelassenhe  
men mögen ; Er besetze auch die hiedurch  
figer Dom-Kirchen und Gemeine / und  
Ehrt. Ministerio dieser Fürstl. Reside  
digte Stelle wiederumb mit einem G  
Manne / dadurch seines Nahmens Ehre  
ser Gemeine Erbauung noch weiter för  
dert werden. Er schone doch unser Väter  
ja Herr zürne nicht / daß ich mich unter  
dir zu reden / der ich nur Erde und Asch  
Du hast dein Gerichte lassen angehen an  
Hause / und so viele Hochbegabte / Hoch  
Männer nacheinander weggenommen ;

